

in epistolam ad Titum I

vītū hunc qui si lapsus fuerit: erit anima tua pro anima eius *rc.* Et hebreo. 13. *Ips* pernigilat qualis ratione redituri pro animabus vestris. Sed ad hanc generationem requiri scientia. *Dice. 4.* Quia tu scientiam repulisti et ego repellaz te ne sacerdotio fungaris mihi *rc.* Et ideo dicit. Si sciret. Nequireret enim quod sciat. Item ad crudelitatem requiritur quod sit sollicitus. *Qui preest in sollicitudine. Luce. 2.* Pastores erant in regione eadem vigilantes et custodiētes vigilias noctis supra gregem suū. Ad custodiā vero fortitudinem requiritur ad protegendū. *1. Macha. 3.* de iuda machabeo. Induit se lorica sicur gas et sucinix se arma bellica sua in pellio et pugebat castra gladio suo *rc.* Et ideo dicit. Et non sineret *rc.* id est ecclesia. *1. Tymoth. 3.* Ut scias quomodo oporteat te puerari in domo dei que est ecclesia dei *rc.* Hec dominus est dei sicut *3.* et prilati sicut famuli. *Heb. 3.* Moyses quidem erat fidelis in tota domo illius tanq̄ famulus *rc.* Christus vero tanq̄ filius in domo sua. Nec perfodit a fure. id est heretico. *Ahdie. ca. vñto.* Si fures introuerint ad te si latrones per noctē quomodo conticuissest? Qui dicitur qui occulte venit et gradit in tenebris. Unde fur a furu dicit: quod est obcurus. Sic isti per obscura do-
gnata. *Prouer. 9.* Que furtive dulciores sunt et panis absconditus suauior *rc.* Item ex peruersa intentione: quod intendit occidere. *Job. 10.* Fur non venit nisi ut fur sit et mactet et perdat. Item ex modo intradi quia non per hostium. *1. Job. 4.* Et ois spiritus qui soluit Iesum ex deo non est. et hic est antipodus *rc.* Sic ergo ex premissis trahitur cōuenienter intēctio huius epistole. in qua aplū ins-
truit tyū quomodo regat ecclesia. ut patet in argumēto.

Capitulum primum.

Datus seruus dei: apostolus autem Iesu Christi secundum electorum dei: et agnitionem veritatis que secundum pietatem est in spem vite eternae: quam promisit qui non mentitur deus ante tempora secularia. Manifestauit autem temporibus suis verbum suū in predicatione. que credita est mihi secundum preceptū salvatoris nostri dei. *Lyo* dilecto filio sum communē secundum: gratia et pax a deo patre et Christo Iesu salvatore nostro.

Hec epistola dividit in salutationē et epistolarē narratio-
nē ibi. *Huius rei rc.* In prima primo ponit persona salu-
tans que notificat tripliciter. sc̄ ex nomine eius dicit. *Pau-*
lus. qd significat humilitate. 1. coz. 15. Ego sum minis-
mus apostolorum *rc.* Item ex conditione eius dicit. Seruus
P̄. *Vnde* ego seruus tuus. *Contra. Job. 14.* Jam non di-
cam vos seruos *rc.* Respondeo: sancti quādoꝝ dicuntur
serui: quādoꝝ nō sed filii. *Dux* enim est seruit. *Ana-*
est ex timore que nō cōpetit filiationi dei. sed condividit
cōtra eam. *Ro. 8.* Non accepisti spiritū servitutis iter
in timore *rc.* *Alla* ex amore que consequit filiationē dei.
Stratio h̄o distinctionis est. quod liber est causa sui qui ope-
ratur quod vult. seruus vero est qui est causa alterius.
Sed triplice est causa que est principiū operis. sc̄ finalis
formalis et efficiens. Si ergo ppter causas finalē sic omnes
sancti sunt servi dei: quia oia per deū faciūt. *1. coz.*
10. Siue manducatis siue bibitis vel aliud quid faciatis
oia in gloriam dei facite. *Et* hoc est ex amore a q̄ pcedit q̄
oia operatur ppter deū. Si vero ppter cām mouentē q̄
est extirpesc et expellit sic est seruus timoris. et est malo-

rū. *Si* ppter cām formalē sic est habitus inclinās. *Et* sic
quidā sunt servi peccati. quidā servi iusticie: quia secundum
habitu inclinant ad malū vel ad bonū. Item ex auctoritate
cū dicit. *Apostolus. Luce. 6.* Elegit se super omnes
fideles duodecim ex ipsis quos etiā apostolos nominavit. *Ephe. 4.* Primum quidē apostolos. *Et* describit
primo ab auctore cū dicit. *Iesu Christi*. quia ab ipso est electus
Sal. 1. Non ab hominibꝫ nec per hominem: sed per Christum
Xp̄m *rc.* Item quia solum Christum annūciabat. *2. corinth. 4.*
Non enim nosmetip̄os predicanus: sed Iesu in Christum do-
minum nostrum nos autē seruos vestrum per Iesum *rc.* Itēz
legatus Christi cuius auctoritate vobebat. *2. corint. 5.* Pro
Christo ergo legatione fungimur. *Ephe. 6.* Legatio fun-
gor in cathena. *2. corint. 2.* Si quid donauit propter
vos in persona Christi *rc.* Item secundo ex ydoneitate. *Naz*
apostolus est annūciator. *Matt. vñto.* Docete omnes
gentes *rc.* Doctor autem debet habere fundamenta doctrinae
et doctrine perfectionē. Primum pertinet ad quēlibet.
Secundum vero pertinet ad predicatores et ad doctores.
Et sicut in alijs sciētijs sunt principia sic in hac sunt ar-
ticuli fidei qui innocētiū cibilibet fidei secundum lumen in-
fusū. et articuli sunt fundamenta fidei que sunt subtilitā
terris sperandari *rc.* *Hebreo. 11.* Et ideo dicit. Secundum his
dem electorum dei. Item requirit perfectio doctrine. *Itēz*
de dicit. Et agnitionē veritatis. *Dux* autē habebat co-
gnitio veritatis. sc̄ perfecta in patria. sc̄ quādō videbi-
mus facie ad facies. et imperfecta per fidem quā habente
sancti. *Johā. 8.* Cognoscetis veritatem et veritas libera-
bit vos. Sed cuius veritatis? In agnitionē eius que est
secundum pietatē. Religio enim et pietas secundum nullū sunt par-
tes iusticie et differunt. quia religio est cultus dei. Sed
quia deus nō solum est creator: sed etiā et pater ideo non
soli debemus ei cultū ut creatori sed amorem et cultum si-
cūt patri. Et ideo pietas quandoq̄ pro cultu dei sumit.
Job. 28. Ecce pietas ipsa est sapientia secundum aliam trans-
lationē ubi nostra sic est haberet. Ecce timor domini ipsa est sa-
pietia *rc.* *Tertio* describit ex fine. et primo ponit ipsum
finem. Secundo eius dignitatē ibi. Quā promisit *rc.* si
nis autē est spes vite eternae. quia et si moyses possit dici
apostolus quia a deo missus. *Exod. 4.* sed tamen non
in spem vite eternae. sed terre euei et amorei. sed paulus
est apostolus in spem vite eternae. *Job. 6.* Nec est volun-
tas patris mei qui misit me. ut omnis qui videt filium et cre-
dit in eum habeat vitā eternam. *1. petri. 1.* Regenera-
vit nos in spem vitā *rc.* *Rom. 5.* Gloriamur in spe glo-
rie filiorum dei. Promissio autē hec est firma duplēciter.
Primo ex parte promitterēs. Unde dicit. Qui nō men-
titur. Deus enim veritas est cuius contrarium est mendacium.
Plauteri. 23. Non est deus quasi homo ut mentiat *rc.*
Secundo ex diuino pposito dandi. Unde dicit. Ante tē-
pota secularia Seculū secundum philosophiū est mensura du-
rationis vniuersitatis rei. Tempora ergo secularia sunt
tempora distincta secundum diuersas successiones regnū
si dicat. Ante q̄ tempus successuum inciperet esse. Et q̄
incepit hoc tempus cum mūdi: ideo fuit ante principiū
mūdi. Alia littera habet eterna. id est antiqua. Sic enim
aliquādo accipit eternū. id est antiquū. *Vel* eterna non
secundum veritatem sed secundum ymaginacionē. Et ante ista pro-
misit hoc: quia hec sunt successiva. Sed promittere est
verbo nūciare suam voluntatem dando. Et deus ab
eterno protulit verbū suū in quo erat ut sancti haberent
vitā eternā. *Ephe. 1.* Elegit nos ante mūdi substitutionē.
*C*onfirmat autē hec spes ex manifestatiōe permissionis.
Unde dicit. Manifestauit autē suis triplicibus *rc.* Et describit
hec manifestatio tripliciter. *Pro* ex tpe unde mani-
festauit q̄n verbum suū incarnari constituit. Unde dicit

I Explanatio sancti Thome

Temporalis suis, id est tempore cognito quo homo esset coniunctus de superbia per quam peccauerat. Et sic prius medicus coniunctus egrotum ut eum cognovit saneret. Homo enim superbiebat de scientia; sed coniunctus est de ignorantia ante tempus legis ubi peccauit in idolatria et vitio contra naturam. Item de virtutibus et de his coniunctus est tempore legis. Sal. 4. Ut ubi venit plenitudo temporis misit deus filium suum regem. Item secundo ex modo: quod per publica predicationem. Marci vlti. Euntes in mundum universum predicate euangelium omni creature regem. Unde dicit. In predicatione. I. co. 9. Dispensatio credita est imibi. Item tertio ex auctore. Unde dicit. Secundum preceptum regum. Math. 1. Iosephem saluum faciet populus suum a peccatis eorum. Actu. 9. Unus electio est mihi iste ut portet nomen meum regem. Una persona salutata ponit eum dicit. Rego quem describit tripliciter. Primo ex nomine. Secundo ex dilectione. Tertio ex filiarum. Filius ergo est per dilectionem et fidem que debet esse communis ut idem dicant omnes. Et ideo dicit. Communemque etiam dicit catholicam. Id est universalis. Unde dicit Ephes. 4. Una fides unus dominus reges. Bona vero opora sunt grana et par. hec lepe coniungit quia omnis spiritualium donorum principium est gratia et pars finis. ps. Qui posuit fines tuos pacem regem a deo regem.

Lectio secunda.

Huius rei gratia reliqui te crete ut ea que desunt corrigas, et constitutas per ciuitates presbyteros sicut et ego disposui ut quod sine crimen est unius virorum viri: filios habentes fideles: non in accusatione luxurie: aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimen esse sicut dei dispensatorum non superbum. non iracundum. non vinolentum. non percussorem. non turpis lucri cupidum: sed hospitalē. benignū. sobrium. iustum. sanctum. continentem. Accedit ad narrationem. Et sicut dictum est intendit munus re ecclesia contra hereticos. Et primo moneretur tamen quod alios instruerat ad resistendum hereticis. Secundo docet quomodo ipse eis resistat ibi. Tu autem loquere regem. capit. 2. Item primo moneretur ut instituerat episcopos qui hereticis resistat. Secundo ostendit necessitatem huius commissionis ibi. Sunt enim multi reges. Item primo ponit commissionem regis factam de instituendo episcopo. Secundo ostendit quales debent esse episcopi ibi. Si quis sine crimen regem. Tertio manifestat que dixit ibi. Oportet enim regem. quia ergo apostolus habuit universalis commissionem ecclesie gentium et non poterat solus per se omnia exequi. Ideo dicit. Unius rei gratia reliqui te in creta scilicet insula ut loco apostoli ecclesie cretensis officium pastorale gerat. Proverb. 18. frater qui inuitat a fratre quasi ciuitas firma regem. Sed et dicit. Ut corrigas regem. videtur quod debet dicere supplex. Respondeo. Secundum est et glo. sic supplet ut omnia que sunt in malis corrigas et que desunt in bonis addas. I. thef. 3. Implicant ea que desunt fidei vestre. Vel dictum est et est quoddam peccatum omissionis: et quoddam transgressionis: et virtus indiget correctio. In sanctis autem et perfectis sicut tuus fuit: non abundauerunt transgressiones. Et ideo non dicit transgressiones corrigas: sed que desunt. id est omissiones. Et constitutas presbyteros id est episcopos. Unde inferius dicit. Oportet episcopum regem. Et ut illi indifferenter nomine episcoporum et presbyterorum. Unde summis occasionem hereticus qui ambivit episcopatum quia non poterat adipisci divisa se ab aliis:

et multa falsa docuit. Inter que dixit quod episcopi in nullo differunt a sacerdotibus quod est contra dyonisium in libro de ecclesiastica hierarchia. At ergo apostolus codicem nomine in vitroque per idem patrem rei: quia presbyter dicit senior. Item quia pertinet ad superiores episcopum constitutus licet eum canonici elegant. Et dicit constitutas non in villis sed per ciuitates. Sicut enim in republica reges sunt tantum in ciuitatibus: sic in spirituali regimine episcopi. I. petri. 2. Regale sacerdotum. Item debet senior res esse. Eccl. 10. Te tibi terra cuius rex est puer regem. Itzenses non solum etate sed et moribus Rume. II. Congregamini septuaginta viros de senioribus israel quos tu nosti quod senes sint populi ac magistri regem. Item secundum formam ecclesie. Unde dicit. Sicut ego disponit tibi. Proverb. 3. Fili mi non es fuerit ab oculis tuis regem. Deinde cum dicit. Si quis sine crimen regem. describit eos tripliciter. scilicet quantum ad seipsum. quantum ex parte virorum: et ex parte filiorum. De primo dicit. Sine crimen. Sed quod talis erit I. Joha. 1. Si dixerimus: quia peccatum non habemus in ipso nos seducimus. Dicendum est quod aliud est peccatum. Peccatum dicit quodlibet siue magni siue parvum siue occultum. Crimen autem magnum et infame. ps. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? regem. Et postea subdit. Qui ingredit sine macula regem. Non quod mortaliter peccat post baptismum non possit eligi sed quod non est infans. Quo ad secundum dicit. Unius virorum viri quod orientales sic exponit. id est quod non habeat simul duas virorum sicut quorundam est consuetudo. Sed secundum hoc non est necesse quod apostolus hoc diceret: quia secundum leges romanis quibus apostolus scriberet etiam ante fidem non libebat simul habere plures virorum. Item. I. tymoth. 5. Dicit de vidua que fuit unius viri virorum et tamen nunquam licuit quod una plures virorum simul posset habere. Et hoc modo vult istud etiam de vidua. scilicet quod non habuerit nisi unum virum. Sed hieronymus dicit oportere quod una tantum virorum post baptismum habuerit et quod non est visus nisi baptizata alias habuisset. Sed augusti. et ambro. dicit quod per baptismum delentur omnia crimina sed quod per baptismum matrimonium non delentur. ergo secundum hos dicendum est et rectius quod una tantum et non plures: licet habuisse ante vel post. Secundum quodam autem ratione binius est: quia signum est incontinentia si plures habuissent. Sed hoc non est verum: quia nihil repugnat si plures habuissent meretrices: que sunt magis incontinentes. Sed est alia ratio altior significatio scilicet quod ipse est dispensator sacramentorum: et ideo nullus defectus sacramentorum debet esse in eo. sed sacramentum matrimonii est significativus coniunctio christi et ecclesie. ergo ut signum respondeat signato sicut christus est unus et ecclesia una sic et hoc quidem deficeret si epus plures virorum habuisset. In veteri autem lege patriarchae significabant conjunctionem hanc non ut coniunctaz christi sed coniugendam: sed ecclesia erat futura ex multis. Et ideo tunc non una sed plures habebant. Et ideo multitudine virorum iporum hoc significabat. Quantum autem ad tertium scilicet ex parte filiorum subiungit dicens: filios habentes fideles non in accusatione regem. Epus enim constituit ut superintendat ut qui constitutus ad alia quid debet esse exercitatus in illo. alii non prudenter intitulerent. Presumunt autem esse bene exercitatus: si benem alios rex. Episcopus autem constituit ad tria. Primo ut fidem doceat. Math. vlti. Docete omnes gentes regem. Et ideo dicit. Fideles. Secundo requirit quod populum instruet ad virtutes. Eccl. 7. Iuli tibi sum erudi illos. Recorta autem lascivie magis abstrahit a virtute. Eccl. 20. A lascivis et imprudentibus non seruabit tempus. Et ideo dicit. Non in accusatione luxurie. I. Regum. 3. Hely condemnat quia si filios de hoc non corexit. Tertio oportet quod pertinaces

in epistolam ad Titum I.

corrigat. **A**nde dicit. **N**on non subditos. id est non obedientes. **E**ccl. 30. **Q**uis in dominus euadit curus et filius remissus euadit precepit te. **D**einde cum dicit. **O**poret enim te exponit quod dixit. et primo quod dixit. **S**ine crimen. Secundo sine quibus debet esse. ibi. **N**on superbum te. **L**ausa autem primi est: quia debet dispensare diuina Eccl. 10^o. Secundum iudicem populi sic ministri eius te. ps. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabit. **D**einde cum dicit. **N**on superbum te. ostendit a quibus debet esse inimicus. et primo ostendit a quibus criminibus. Secundo quibus virtutibus luceat ibi. Hospitalis. Peccatorum autem quedam sunt carnalia quedam spirituitalia. **D**e primis non facit mentionem: quia omnino mundi esse ab eis Ephes. 5. Formicatio autem et omnis imunditia aut auaricia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos te. **S**ed tantum de spiritualibus quae sunt quinq[ue] quoque duo non habent locum in prelatis. scilicet inuidia quod est peccatum parvulum Job. 5. Parvulum occidit inuidia te. **P**relatus autem est in summo. Item nec accidit quia omnia ei ad votum succedit sed superbia: quia est in summo. et ira et cupiditas occasione temporalium quoque est dispensatrix. Quantum ad primum dicit. **N**on superbii. ps. Superbo oculo et insatiable corde cui bonum non edebat te. Eccl. 32. **R**ectorum te posuerunt noli extolliri te. Quantum ad secundum. Primo exclusit iram cum dicit. **N**on iracundus. Secundo incentum ire quod est vinum dicens: **N**on vinolent. Prover. 23. **C**ui suffusio oculorum: non bis qui commozant in vino: te. Tertio sequela ire quod est percussio. Ideo dicit. **N**on percussor. id est non crudelis. Isa. 50. Corpus meum dedi percutientibus te. **N**on non percussor. id est non percussus. **T**em cōscientias aliorum prauis moribus. 1^o Corinth. 8^o. Et percussientes conscientiam eorum infirmum. Quantum ad tertium dicit. **N**on turpis lucri sectantes. Sap. 15^o. Sed estimauerint lusum esse vitam nostram et conuersationem vite compositam ad lucrum et oportere undecim etiam ex malo acquirere. **D**einde ponit bona que debet habere. Et primo que pertinet ad conuersationem vite. Secundo que ad veritatem doctrinam ibi. Amplectentur te. Et patent omnia.

Lectio tertia.

Amplectentur eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem: ut potes sit exhortari in doctrina sanam. et eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes. vaniloqui et seductores maxime qui de circumcisione sunt: quos oportet redargui: qui vniuersas domos subuentunt: docentes que non oportet turpis lucri gratia. Dicit quidam ex illis proprius iporum propheta. **I**retenses semper mendaces. male bestie ventris pigri. Testimonium hoc verum est.

Supradictum qualem oportet esse episcopum in vita: hic ostendit qualiter oportet esse in doctrina. Et primo ostendit quod ad ipsum requirit diligentia studij. Secundo ponit materialia studij. Tertio eius uirilitatem. Quantum ad primum dicit. Amplectentur te. Aliquid enim amplexens illud diligenter costringit. et amplexus ex dilectione fit. Oportet enim eum scientie inherere cum amplexu et firma adhesione animi et cordis dilectione Sap. 6. Preoccupat eos qui se concupiscunt te. Proverb. 4. Arripe illa et exaltabit te: gloraberis ab ea cum eam fueris amplexatus te. **M**ateria

studij non debent esse fabule nec tempalia sed sermo fidelis. id est verus. ps. Fidelis dominus tecum. **A**tel sermo fidelis. id est fidei in qua oportet episcopum instrui. **S**ed aliqui studi in eis dupliciter ut scilicet addiscant soli et operentur. **S**ed hoc non sufficit episcopo: sed oportet ut et alios instruat. **E**t ideo dicit. **Q**uae sunt doctrinæ est. 1^o Timoth. 4. dicitur. **N**emo adolescentia tua est cōtemnatur sed esto exemplum fidelicibus in verbo in querentiæ. Utilitas est facultas exequendi officium suum. Officii autem prelati est sicut pastoris. Joh. ultimum. **V**asce oves meas. **P**astor vero duo habet facere. scilicet pascere gregem. 1^o Petri. 5^o. **V**ascite qui in vobis est gregem dei tecum. Item arcere lupus. **S**ic et epus pascere debet per doctrinam veram. Jere. 3^o. **N**on vos pastores sunt cor meum et pascite vos scientia et doctrina te. **E**t ideo dicit. **E**t si potes te. **N**on dicit ut exhortetur sed ut potens sit exhortari. **S**ed est quando habet in promptu exhortationes quædam est necesse exequi. **S**ed figurat Eccl. 25^o. per vecres in circulis arche ut archa scilicet possit portari. **L**uce vlti. Potes in opere et sermone. **E**t dicit. **S**ana. id est absque corruptione falsitatis. **I**ntra. 2. **T**u autem loquerere que decet sanam doctrinam te. 1^o thes. 2^o. **E**xhortatio nostra non sicut de errore neque de immunditia te. Item ut custodiatur contra hereticos. **E**t ideo dicit. **E**t eos qui contradicunt arguere. id est convincere et hoc per studium sacre scripture. 2^o Timoth. 3. **O**mnia scriptura diuinæ inspirata utilis est ad docendum ad argumentum te. Job. 6. **N**ec contradicatur sermonibus sancti. **E**t hec duo sunt philosophi pertinente ad opus sapientis. scilicet non mentiri de quibus non sunt quantum ad primum. et mente manifestare posse quantum ad secundum. **C**onsequitur cum dicit. **S**unt enim multi te. ponit necessitatem doctorum. **E**t primo ex parte falso doctorum. Secundo ex parte malorum auctorum ibi. Dixit quidam te. Circa primum duo facit. quia primo describit conditionem falso doctorum. Secundo peruerstatis studium ipsorum ibi. Qui vniuersas te. Item primo ostendit eorum conditionem. Secundo docet remedium pro eo ibi. Quos oportet te. Conditionem ostendit quadrupliciter. **E**t primo ex numero cum dicit. Multi te. Eccl. 1^o. **S**trutus infinitus est numerus. Secundo ex virtute inobedientie quamvis ad deum et suos superiorum No. 1^o. Parentibus non obedientes. 1. Regu. 15. Peccatus inobedientie sicut idolatria dicitur esse. Tertio ex vaniloquio quod quo ad se. ps. Non scit cogitationes hominum quoniam vane sunt. Sap. 13. Vani sunt homines in quibus non subsistit scientia dei te. et precipue vane sunt heretici. ideo subtiliter dicens. Seductores. scilicet quo ad inferiores. 2^o Timoth. 3. Vani homines et seductores te. Quarto ex loco cum dicit. Maxime qui de circumcisione qui cogebat homines iudaizare. Phil. 3. Vide canes: vide malos operarios: vide concisionem. **C**ontra quos ponit remedium. Non enim sunt tolerandit: quia corrumperet populus et impudenter pastori. Zech. 13. **N**on ascenditis et aduerso neque opposuitis murum per domum israel te. 2^o Timoth. 4. Argue obsecra increpa in omni patientia et doctrina te. **S**tefano dicit. Oportet redarguere. **D**einde cum dicit. Qui vniuersas te. describit hoc studium. et primo describit ex damnatione quod inferunt. Secundo ex falso quod docent. Tertio ex lucro quod concupiscunt. **D**amnum est quia subvertit te. **D**octrina enim catholica publico proponit in ecclesia sed heretici latenter. et loqui querunt latibula. Prover. 9^o. **A**quæ fortius dulelores sunt et panis abscondit. Iuuitor te. **E**t id circueunt per domos ut seducant precipue mulieres. 2^o Timoth. 3^o. Ex his sunt qui penetrant domos et captiuas ducent mulierculas oneratas peccatis te. **D**ocentes qui non oportet. id est vana et inutilia. nec querunt lucrum spirituale sed temporale. **E**t ideo addit. Turpis lucri gratia

Explanatio sancti Thome

scz tgalis vel pprae glorie Sap. 15. Sed estimauerunt lusuz esse vitâ nostrâ & conueratione vite compositâ ad lucru & oportere undecûs etiâ ex malo acquirere. **D**e inde cù dicit. **D**ixit quidaz rc. desribit auditores: quia isti erant cretenses et ad hoc refert hoc opus. **E**t primo ostendit conditionem. **S**ecundo dat remedium. Ibi. **Q**uâ ob causam rc. **C**area primu primo describit conditionem per testimoniū. **S**ecundo confirmat. **D**icit ergo. **T**ales sîr doctores: sed & auditores sît similiter seducibiles iuxta testimoniu cuiusdam poete eoz. scz epimenidis. **A**bi nota q. ppheta aliquis dicit qui a deo illuminat fin intellec-
tum ad cognoscendu aliqua supra communem cognitionem. **N**umeri. 12. **S**i quis fuerit inter vos ppheta dñi in vi-
sione apparebo ei vel per somniū loquar ad illū rc. **H**ic
qui exponit pphetas eodem spiritu & codē modo quo
sunt tradite. Item qui proferat aliquid ppheticum. **A**nde
potest pfferri aliqd ppheticum ex quodaz interiori insin-
ctu etiâ preter suu intellectu. **J**ob. 11. **C**ayphas cù esset
pontifex pphetauit rc. **N**on enī pphetauit fm suaz in-
tentione qui dicebat eis morire seduceret po-
pulu. **B**abilominus tamē fuit mortuus ad dicendum per spi-
ritu. **E**t hic modus pphetandi est apud illos qui accipi-
unt primum verbū aliquoꝝ pro omne qd etiâ fit a demoni-
bus. **E**t dicit. **P**roprius. quia pphre decriptu eoz con-
ditioꝝ. **D**einde cù dicit. **C**retenses rc. xponit testi-
moniu & notat eos de tribus. scz de corruptione rationa-
lis cù dicit. **S**emper mēdaces. ps. **P**erdes oēs qui lo-
quitur mendaciū. Item de corruptione irasibilis cù di-
cit. **M**ale bestie. id est crudeles. **B**estie dicens quasi va-
ste: quia crudelis sum. **R**ouerb. 28. **L**eo rugies & re-
sus esuriēs. princeps impius super populu pauperē rc.
Et dicit male quia fin philosophi in politi. hō qn fin
ratione operat est optimu animaliu: sed quādo declinat
ad maliciā est pessimum. qz si declinat ppter crudelitate
nulla bestia ita ē crudelis. **A**nde dicit. q decies millies
est peior malus homo & mala bestia. Item de corruptio-
ne cōcupisibilis cù dicit. **G**entres pigri. id est pigritia
habentes ex ventre. **E**rant enī gulosi & tales querunt quā-
tem. **L**uce. 12. **A**nima habes multa bona reposita in
annos plurimos. requiesce comedere bibe epulare. **C**on-
firmat autē testimoniu cù dicit. **T**estimoniu rc. **S**lo. per
hec intelligim⁹ & doctor sacre scripture accepit testimoniū
nū veritatis vbligatqz inuenierit. **A**nde dicit. **E**ntro. 21. in figura huīus & si quis viderit puelā
in numero capitooꝝ debet precidere vngues & capillos
id est superfluitates.

Lectio quarta.

Quam ob causam increpa illos dure
sunt in fidē: non intendentes
iudaicis fabulis & mandatis homi-
nū auersantū se a veritate. **O**mnia mūda mū-
dis. coinqnatis autem & infidelibus nihil
est mundū: sed inquinat sunt eoz & mens
& cōscientia. **C**onfident se nosse deum. factis
autez negant: cù sint abominati & incredibi-
les. & ad omne opus bonū reprobi.
Posita conditiō cretensis populū: hic ponit remedium.
Et primo ponit remedium reprehensionis. **S**ecundo assignat

dictorꝝ rationē ibi. **O**mnia mūda rc. **C**area primu tria
facit. **Q**uia primo hortat tytuꝝ ad reprehendendū eos.
Secundo reprehensionis finem ostendit. Ibi. **A**sani rc.
Tertio docet debitu modū perueniendi ad finē ibi. **N**ō
intendentes rc. **D**icit ergo. **C**retenses sunt male bestie
quibus scz debet flagellaz & castigatio. **E**t ideo increpa
eos dure. **P**rouer. 6. **A**lia vite increpatio. ps. **I**ncrepa
fcras arūdinis. **S**ed cōtra. 2. tymoth. 4. **I**n omni pas-
tientia rc. **R**espodeo duplex est ratio exhortatiōis bu-
tus. **U**na ex parte eoz qui reprehendunt. **C**retenses enī
duri & pertinaces erāt. & ideo dure eos reprehendēdi iubet
non aut ephesii quoz archiepiscopu erat tymotheus. **A**lia
ex parte reprehendēnti: quia & tytos fuit lenis & man-
suetus. & ideo inducit quasi ad contrariū: sed tymotheus
erat rigidus. & ideo inducit ad patientiā. **D**einde cuꝝ
dicit. **A**lsani rc. tangit finem reprehensionis. Nam ho-
mo enī sanus in quo nō est corruptio. **E**t sic sanus est in
fide qui in nullo habet eam corruptiā. **H**oc autem fides
vitabat per hereticos. 2. coz. 1. **L**imeo ne sicut ser-
pens eā seduxit astutia sua: ita corrumpank sensus ve-
stri & excidat a simplicitate que est in ipso iesu. 1. tymoth.
6. **S**i quis aut̄ alter docet & nō acquiescit sancti sermo-
nibus dñi nostri iesu xp̄i rc. **M**odus perueniēdi ad sa-
nitudē est si vident errorē iudeoz. **A**nde dicit. **M**on in-
tendentes rc. **I**n lege enī erant duplicita docimēta fidei.
scz quedā circa credenda. Item quedā mandata religio-
nis que erāt seruanda circa cultū dei. **E**t prima vocat fa-
bulas. **S**ecunda mandata hominū & nō dei. **E**x quo videat
q. cōdemnet vetus testamentū ut dicit manichei. **S**ed
q. dicit fabulus potest referri ad eoz narrationēs: ppter
doctrinā legis que sunt fabulosa ut thalmuth. 1. tymo-
thei. 1. **M**er intēderent fabulis & genealogijs intermina-
tis rc. **V**el ipsa doctrina que sunt olim veritas: nū fin-
q. ipi intelligit sunt fabule. sicut illud **A**late. 7. **V**irgo
concipiet rc. fuit veritas: sed nū quia ipi dicunt sebuc
hoc esse implendi est fabulosum. Item mādata hominū
possunt intelligi nō que sunt in lege moysi: sed traditio-
nes seniori. **M**ath. 15. **S**ed nūquā mandatis hominū
non est obediēndū. **R**espodeo & si quādū nō auertit
a veritate dei. **E**t ideo subdit. **A**uersantū se a veritate.
2. tymoth. 4. **V**eritate quidē auditū auertit rc. **S**imile
habet **M**ath. 15. **S**ine causa colit me docētes do-
ctrinas & mādata hominū. **S**imile dicit **M**arti. 7. **V**el
dicendū est q. mādata que sunt in lege dei sunt facta mā-
data hominū. **Q**uādo enī saluans in signū future verita-
tis sunt mādata dei: sed quia vult ea saluare post qz cor-
pus nostrū mortuū est legi sunt mandata hominū. **D**e
inde cù dicit. **O**mnia mūda rc. in speciali ostendit dictio-
nē rationē. scz quomō auertit se a veritate. & quomō di-
cunt fabulas & mādata hominū qd est precipue de discri-
tione ciboz fm legem quā pseudo quādū dicebat esse ser-
uandā. **E**t ideo primo ostendit quomō hi cibi habent se
ad bonos. **S**ecundo quomō ad malos ibi. **C**oinquinatis
autē rc. **D**icit ergo. Non intendentes fabulis de cibis qz
omnia scz cibaria sunt mūda. **S**ed infert. **E**rgo adulterū
est mundū mūdis. **R**espodeo fm augusti. **C**ontra faultū
aliquid est immūdū: vel fm rei naturā: vel fm significa-
tionē. puta: si hoc nomen stultus fm si sumat inquantū
est vox quedā sic nō est immūdū sed bonū. **S**i vero fm
significationē: quia significat defectū sapientie sic habet

in epistolam ad Titum II

Immūditiaz. Actus autē illius populi erant actus propheticzi. Unde porcus scđm q̄ res quedā non est immūdus sed scđm q̄ significat hominē voluntatis se inuoluntē. Sed nūc veritate veniente cessant et vniūt cibis homines scđm suaz naturā. Alio quæsto est q̄ Act. 15. mandauerūt apostoli q̄ abstinerēt se a sanguine et suffocato. ergo videt et non si licitū hoc comedere. nō ergo omnia mūdū mūdis. Respondeo: aliqui credunt illud mandatum intelligant ad litterā et q̄ obligat vsq̄ modo ut apud grecos et etiā aliquādo apud latinos. Aliqui autē dicunt q̄ nou intelligit scđm litterā sed scđm mysteriū vel per sanguinē intelligent homicidii et suffocati. id est oppressionē pauperū. Et hoc bonū est: sed nō est tota ratio precepti. et ideo dico q̄ ad litterā est preceptū et tamē non obligamus. Quedā enim p̄hibenēt quia mala sunt et hec simpliciter sunt vita. Aliqua vero que nō sunt mala simpliciter: sed p̄ tempore et hec sunt seruāda existente causa. Et hec apostoli prohibuerūt non quia mala scđm se. quia Marb. 15. dicit dñs contrariū. Sed ratio erat: quia couersi erant quidā ex iudeis et quidā ex gentibus. Et ideo oportebat ad hoc q̄ vnus populus ex eis fieret q̄ vni cōdescenderet aliis ut iudeis quibus abominabile erat comedere sanguinē et suffocati cōdescenderet. Et ideo ad seruādā pacem instituerunt apostoli hoc esse seruādū pro tempore illo. Deinde cū dicit. Coinquinatis rc. ostendit quomō si habent ad malos. Et circa hoc tria facit. quia primo ostendit hoc. Secundo assignat cāz ibi. Sed inquāte rc. Tertio manifestat per signū ibi. Confitent rc. Dicit ergo. Ibi isti mūdi sunt mūdis sed immūdū coinquinatis. id est his qui habent cōscienciam coinquinatā. Ecl. 13. Qui tetigerit picē inquinabīt ab ea rc. Cum infidelibus. id est qui habent mālam fidē. Esiae. 21. Qui incredulus est infideliter agit. Sed nūquid facit peccator et infidelis immūdū elemosynā? Dicendū est q̄ aplūs non ponit affirmatiū sed negatiū. Unde nō dicit omnia: sed nihil mundū eis quod verum est: quia nihil eis perfecte mundū est: quia nihil est mundū in actibus nisi in finē debitus ordinatū sit. isti autē sunt extra finē. Sed nūquid aliquid est eis mundū? Sic. Sed cōtra: quia omne q̄ nō est ex fide peccatum est. Dicendū est q̄ malū nunq̄ corrupit totū bonū. Impossibile em̄ est quin in peccatore quolibet sit aliquād bonū. sc̄z nature etiā in demonibus. quādō ergo peccator facit ali quod scđm q̄ est peccator et infidelis: totū est peccatum ex hac radice. Sed si quid facit ex principio aliquis boni q̄ habet ut fidei informis vel naturae: nō est immūdū. Et ideo signāte dicit. Coinquinatis et infidelib⁹. id est inquantū sunt huiusmōdi. Comedebat enim cōtra conscientiā et errabat in fide. Et ideo q̄ de natura sua est mūdū: fecerūt sibi immūdū. Quis causa est: quia causa actuū eoz est immūda. Ies volūtas et intellectus que sunt in eis depravati. Unde dicit. Sed inquinare sunt eos mens. sc̄z per infidelitatem. et cōscientia. sc̄z per peccatum. Baruch. 3. Quid est israel q̄ in terra inimicorū exiūterā in terra alienā: coinquinatis es cū mortuis? rc. Deinde cū dicit. Confitent rc. ostendit fidē per signū. Si em̄ aliquis dicat q̄ eoz dicta sunt vera: immo q̄ habet fidem vniuersitatis et cōfitemen̄t euz: hoc excludit. Et p̄ito ostendit bonū q̄ erat in eis. sc̄z q̄ cōfitemen̄t rc. sc̄z labijz exterioribus. Esia. 29. Populus hic labijz me honorat et autē eoz longe est a me. Jerem. 12. Nō rope es tu ori eoz et longe a rebus eoz. Secundo ostendit defectū interiorē. et primo quantū ad plentia. Secundo quantū ad futura. ibi. Incredibilis rc. Quo ad presentia: quia negat eū factus quia qui confitetur deū. confitetur et eius potestate sc̄z q̄ est ei obediendū. Et ideo si nō obedit peccado negat factis q̄ confitetur ore. Sed dicas quicunq̄ negat deū est infidelis. Peccatores negant deū factis ergo rc. Et spondeo sicut habens scientiā in vniuersali potest errare in particulari. ita habēs fidem in vniuersali. In particulari tamē agibili corrumplit ppter corruptionē affectus rc. Lymoth. 5. Fidem negavit; et est infideli deterior. Quomō autē ad futura deficitur: Certe quia nō solū negant: sed sunt indispositi ad redeundū ad deū. Sunt enim tria. ppter que homo credit ad deū fēs dei gratia. Ro. 5. Justificati gratia ipsius rc. Secundū est fides. Actu. 15. Purificas fide corda eoz rc. Tertiū exercitiū boni operis. Ro. 2. Factores legis iustificabunt. Nec tria exclusivit ab ipsis primo gratia ibi. Quia abhomībiles. id est nō accepti per gratiā. Secundo fidem cū dicit. Incredibili. id est non apti ad credendū. Ezech. 2. Increduli et subuertores sunt tecū. Tertio tertiu: quia ad omne opus bonū reprobi. id est reprobadī. Jere. 6. Argentū reprobum vocate eos.

Capitulum secundū.

Tautem loquere que decent sānam doctrinā. Senes ut sobrij sint. pudici. prudentes. sani in fide. in dilectione. in patientia. An? similiter in habitu sancto: nō criminatrices non multo vino seruientes: bene docentes ut prudentiam doceant. Adolescētulas ut viros suos amēt. filios suos diligāt. prudētes. castas. sobrias. domus curam habētes benignas. subditas viris suis: ut non blasphemetur verbum dei. Juuenes similiter hortare ut sobrij sint. Superius aplūs instruxit tūtū quales ministros instituit ad arcedū hereticos: hic docet quid tūpe circa eos faciat. Et primo pponit hoc in generali. Secundo distinguit per partes. ibi. Senes rc. Dicit ergo. Ita dixi q̄ oportet episcopos constitutere. sed ne credas q̄ tu sis ppter hoc alienus a cura tūmo maior debet esse tibi sollicitudo ad instruendū. Ideo tu autē loquere que decent sānam doctrinā. sc̄z per que fides incorrupta edificat. Suspa. 1. Ut sit potes exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt arguerē rc. Deinde ostendit idēs per partes. At primo ponit doctrina sana cōtra peruerstatiē visite. Secundo cōtra hereticos et errores ibi. Stultas autē questiōes rc. Circa primū duo facit. Quia primo instruit singulas conditōes hominū. Secundo generaliter omnes. tertio capl. ibi. Admone illos rc. Iterū prima in duas. quia primo ostendit quomō instruat liberos. Secundo quomō instruat seruos ibi. Seruos rc. Item p̄ito ostendit quomō instruat liberos verbo. Secundo quomō exemplo ibi. In oībus teipm̄ rc. Circa primū duo facit. quia primo ostendit quomō instruat senes. Secundo quo modo doceat juuenes ibi. Adolescētulas rc. Item prima in duas. quia primo ostendit quid instruat senes manus. Secundo quid anus feminas ibi. Anus rc. Sciendū est autē q̄ quedā bona sunt ad que senectus disponit que prius ponit. Secundo quedā bona quibus senectus cōtrariait. et hec secundo ponit ibi. Sani in fide rc. Inter bona vero ad que senectus disponit. Anū est ptemptus delectationū. Illud est perfectio sapientie et prudentie. Disponit quidē senectus ad cōtemptū delectationū. Juuenū enim corpora seruēt naturali calore ex quo cōcitat